



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mons Thabor Sive Solitudo Exercitiorum Spiritualium

Bisling, Anselm

[Einsiedeln], 1682

Considerationes pomeridianæ: ex eodem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60545)

rem, & Magdalenam pœnitentem sus-
cepisti.

CONSIDERATIO I. POME-
RIDIANA.

De Compunctione Cordis, & do-
lore de peccatis commissis.

Bonus homo semper invenit materiam do-
lendi, & flendi; & quanto strictius se
considerat, tanto amplius dolet: materia
enim justis doloris, & internæ compunctionis
sunt peccata & vitia, quibus involuti sequen-
tes suam sensualitatem maculant conscientiam,
& perdunt Dei gratiam. Si vis utili-
ter aliquid proficere, conserva te in timore
Dei. Da te ad cordis compunctionem. In so-
la compunctione est locus refugij à facie iræ
inimici. Ibi emendatur, & abluatur, quid-
quid aliunde contractum est, & inquinatum.

Genf. l. 1.
c. 12.

Ex eod. l.
1. c. 1.

l. 1. c. 21.

l. 3. c. 52.

CONSID. II.

De actu Doloris de Pecca-
tis. &c.

Domine; si ad instar maris lacrymas
meas effundere possem, adhuc nihil dig-
nus sum, quàm flagellari, & puniri, quia
graviter, & sepe te offendi, in multis val-
de deliqui. Quid merui pro peccatis meis,
nisi

Idem l. 3.
c. 52.

n. 2.

n. 4.

nisi infernum, & ignem eternum? sed
 milis peccatorum contritio acceptabile tibi
 sacrificium; quia cor contritum, & humil-
 tum nunquam despexisti.

CONSID. III.

De proposito Emendationis, &
 satisfactionis.

Ex eod. l.

1. c. 22.

Surge, & in instanti incipe, & dic: nunc
 tempus est emendandi, nunc tempus sa-
 faciendi. Quare vis procrastinare propo-
 situm tuum? Nunc tempus est valde pretiosum;

Ib. c. 23.

nunc sunt dies salutis; nunc tempus
 acceptabile. Nunc labor tuus fructuosus,
 fletus acceptabilis, gemitus exaudabilis,
 labor satisfactorius, & purgativus. Veni
 quando unum diem, seu horam pro em-
 endatione desiderabis, & nescio
 an impetrabis.

c. 24.

c. 23.

